



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

§. III. An in permutatione rerum vnius ecclesiae cum bonis alterius
ecclesiae sufficiat decretum Episcopi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

De Cultu, & Privilegijs Ecclesiarum: Cap. VIII.

55

fis, qui attendere debet consuetudinem locorum, & quantitatem rei, quæ alienatur iuxta ceterum de Donat. Item conditionem ecclesiæ, si est tenuis, vel multum abundans, & qualitatem temporum, & rerum Quarant. ubi supra nn. 41. Genens. in Prax. d. cap. 60. num. 3. Ricc. in Prax. for. eccl. p. 1. ref. 36. unde obseruat Barbos. d. par. 3. all. 95. nu. 51. quod modicū potest esse: usque ad 50. aureos, alibi usq. ad 20. & alibi usq. ad 10. & etiam minus respectu qualitatis, & conditionis locorum, & ecclesiæ.

§. III.

An in permutatione rerum vnius ecclesiæ cum bonis alterius ecclesiæ sufficit decretum Episcopi.

A Firmatiue respondent Doctores apud Barbos. d. all. 95. num. 55. & seq. tum quia hic causus est à iure permisus in cap. 1. de Reb. eccl. alien. tum quia textus in d. extran. Ambitiose videretur loqui de permutationibus facientibus cum laicis, vt colligitur ex illis verbis, prophanis usibus applicare, & hoc casu non transfertur dominium in prophanos usus, & ita etiam tenet Vulp. in Prax. for. eccl. cap. 6. num. 15. ubi dicit, validam tunc esse permutationem, si pro utriusque ecclesiæ commoditate fiat Ricc. in Prax. for. eccl. par. 1. ref. 35. & 71. ubi franc sententiam admittit etiam in alienatione rei vnius ecclesiæ alteris facta.

Sed quidquid sit de iure, contrarium in praxi seruatur, nam si agitur de summa notabili, recurrit pro licetia ad sedem apostolicam, ut d. Quarant. loc. cit. n. 15. Barbos. ubi sup. nu. 57. in fin. Ricc. d. ref. 35. & 71. in fin.

S. IV.

An transactio de re ecclesiæ possit fieri sine solemnitate.

A Firmatiue respondent Doctores, modo sit de re dubia, cum euidenti ecclesiæ utilitate, & possessio non sit penes ecclesiæ, nam si per transactionem ecclesiæ rem relaxaret, in cuius possessione existit, tunc proculdubio solemnitates requiruntur, ut post Rebuff. & Roland. d. Quarant. in ver. alienatio, numer. 43. vers. Duo decimæ limita. Ricc. in Collect. dec. 3054. par. 7. & in Prax. for. eccl. par. 1. ref. 43. & alij apud Barbos. d. all. 95. num. 63. quod intellige, dummodo accedit etiam consensus Episcopi, qui cognoscere debet de euidenti eccl. utilitate iuxta c. Statuimus de transact. alias huiusmodi transactio non ligaret successorem, ut d. glos. communiter recepta in cap. vicensens ver. inter a. i. os eod. tit.

10 Alij verò distinguunt, aut agitur de modica summa, & tunc in transactione sufficit auctoritas Episcopi, aut agitur de summa notabili, & tunc requiritur beneplacitum sedis Apostolicæ, ut constat ex d. e. veniens. de Transact. & ita practi-

G 2 cari